

## Partitio IV.

*An plures potuerint mundi creari?*

**N**egavit Arist. ut vidimus part. primā; sed inualiditatem rationum pro Arist. allarum patet; communis quidem opinio. Catholicorum est, Deum plures mundos creare potuisse, & adhuc nunc posse. Sed tota controvēsia est, an plures mundos eoque perfectiores in infinitum producere queat? que difficultas coincidit cum ea generali, quā quārī solet, an data quācumq; creatura, possit Deus aliam perfectiorem secundum speciem producere; hoc est species & species in infinitum perfectiores creare?

Hoc examinant communiter Thomistæ post D. Th. 1, p. q. 25. art. 6. Durandus in 1. diff. 44. q. 2. Aureolus ibidem. Capreolus ibidem & plures alij; at Philosophi in tertio Physicorum vbi sermonem institutu infinito, vt Masius, Ruinus, Collegium Complutense & alij. Soncinas verò 12. Metaph. q. 5.

Pro parte negante stat Durandus & Aureolus: pro parte vero affirmante sunt fere omnes ceteri, tum Philosophi, tum Theologi, cum quibus sit.

## DECISIO.

*Num. 16.*  
Concluditur  
quod data  
quācumq; crea-  
tura  
potest pro-  
ducere  
speciem.

Prob. primò.

*Prob. primo:* quia non est assignabilis aliqua repugniantia ex parte creature; tam enim Deus est potens dare sex gradus perfectionis vni creature, quam quinque alteri & tam bene septem quam sex, ergo & quae in infinitum syncategoretice; non enim limitari potest omnipotētia diuina ad producendum quodlibet, dummodo producibile ex parte sui non importet contradictionem; nulla autem in hoc casu appetit.

Secondo.

*Secondo prob.:* Specialiter de mundo: nunquid potest Deus facere spheras celestes maioris quantitatis quam sint ea, quae facta sunt? certè nemo hoc negabit. Item nunquid potest condere hominem in statu innocentia, & eum sic conferuare: & tunc mundus erit multò perfeccior quam si nunc?

Tertio.

*Tertio:* Quidquid retinet rationem entis finiti potest creari à Deo, sed species quantumcum perfecta retineret rationem entis finiti, ergo illa est producibilis.

Quarto.

*Quarto:* Si Deus non posset producere species & species in infinitum syncategoretice, conferetur exhausta potentia diuina, sed respectu creaturarum non potest dici exhausta potentia diuina, ergo potest species & species in infinitum perfectiores producere: maior patet: minor quoque manifesta est, nam alioquin creatura limitatur potentiam diuinam quod est inconveniens.

Num. 17.

Ponuntur  
rationes co-  
tra resul-  
& foliuntur.

Rationes pro contraria opinione scilicet pro Aureolo refut & soluit Capreolus in 1. diff. 44. q. 1. post conclusionem sextam, vt videre est in epitome Soncinatis: Illarum autem hæc est vis, & summa.

Objicit itaque primò. Cūm potentia respicit multa, & vnum illorum est totale; alia vero sunt partes, tunc illa potentia respicit prius totum, quām partes, sed posita infinitate perfectio numeri specificarum, earum vniuersalitas est quidem totale, & singula species sunt partes, ergo diuina potentia prius respicit illam vniuersalitatem specierum, quām singulas: idēque Deus de buis est producere simul omnes species productibiles.

Respondet maiores dupliciter intelligi posse: *Primo* quod potentia respicit multa tanquam primò producibilia; & tunc neganda est dicta maior, præterim quando illa multitudo non habet esse nisi per partes, ut contingit in presenti. *Secundo* intelligitur, ita ut potentia respicit vniuersalitatem, ut correspondentem in ambitu & latitudine; & sic verum est quod diuina potentia prius respicit vniuersalitatem specierum creabilium; non tamen ut primò producibile, sed per partes: deinde sequeretur ex illata obiectio ipsum debuisse ab initio producere quodcumque potest producere, qui fuit error Wiclefi & Abailardi.

Objicitur secundo: processus ad mensuram est finitus, sed processus in perfectionibus specificis est ad mensuram, quia est processus ad superius; superius enim, cum sit nobilis inferiori, est mensura inferioris.

Respondet negando minorem; infinitum enim non mensurat suas partes: deinde quām superior nobilior producta species, sit mensura inferiorum; attamen illa superior producita, mensurari poterit alia adhuc superiori producibili, & in infinitum syncategoretice; quarum tamen omnium producibilium mensura erit ipse Deus,

Objicitur tertio: processus ad unitatem & totalitatem est finitus ex tertio Phys. quia totalitas est quadam forma; forma autem finit & limitata, sed processus ad perfectiones specificas est quadam unitas & totalitas, ergo &c. Item nullum finitum potest esse infinitum, sed vniuersalitas perfectionum specificarum est quid finitum, omnis enim creatura est finita: at talis vniuersalitas est creatura, ergo & finita.

Respondet per interemptionem maioris: aut eam distinguo sic: processus ad unitatem actuali & habitam est finitus, concedo: ad unitatem possibilis, nego: hoc patet in numeris; posito enim quocumque numero potest semper noua & noua advenire unitas: ad illud vero tertio Phys. dic loquì Arist. de unitate continuatis: at unitas specierum est tantum unitas ordinis: aut potius dicas illum processum non esse ad unitatem, aut totalitatem, sed ad multitudinem. Ad alium respondeas ad maiores cum distinctione, scilicet nullum finitum posse esse infinitum simpliciter, & categorematici; bene tamen infinitum syncategoretice, & secundum quid, ut in presenti.

Notandum hic ex D. Th. citato Deum posse facere mundum meliorem in infinitum quoad multa; quoad aliquid tamen non potest facere: potest quidem facere meliorem, *primo* per additionem graduum bonitatis ad gradus creatos, *Secundo* per meliorationem partium vniuersi;

Tertio